



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Jncipit solemne opus expositionis Euangeliorum
dominicalium tocius anni reuerendi magistri Alberti de
Padua ordinis frat[rum] heremitaru[m] sancti Augustini**

Albertus <de Padua>

Vlme, 1480

In festo sancti Johannis euangeliste. Sermonis. xiii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30888

Sermo

intelligatur fidelium. que quidem deserta non est fidelibus. sed plena. iudeis tamen deserta est nunc vsq; ad finem seculi. sed tunc ingredientur vt saluentur reliquie israel. Secundo ponitur absentia christi que quidem causa fuit desolationis iudaice. sicut iubernatoris absentia causa est naufragij. vnde dicit: dico enim vobis: cuius dicere firmum est: non me videbitis amodo: hinc crisostomo. Refertur ad tempus crucis. Vnde nota q; ista verba locutus est christus iudeis. feria quarta ante diem passionis sue. et a tempore passionis sue abscondit faciem suam ab eis. nec vquam eum viderunt. ex toto enim tunc temporis dereliquit eos.

¶ Deinde ponit istius absconsonis tempus: donec dicatis: corde credatis ad iusticiam. ore autem confiteamini ad salutem: Benedictus sit christus: qui venit. in mundum per carnis assumptionem: in nomine domini: id est nominatus dominus. hoc enim est nomen quod est super omne nomen quod christo datum est. vt in nomine ihesu omne genu flectatur. celestium. terrestrium et infernorum. ad phi. x. Nota q; hic christus predixit quantum tempus ipse esset absconditus a domo iacob quoniam vsq; ad tempus iudicij quando veniet cum gloria. in primo enim aduentu in carnem cognouerunt eum iudei. sed nec adhuc cognoscunt eum esse messiam qui venit in salutem eorum. sed tunc penitebunt d' incredulitate sua. et laudes quas aclamare debuissent venienti in carnem. clamabunt venienti ad iudicium dicentes. Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et illuxit nobis. Rogemus ergo deum x.

In festo sancti Iohannis euangeliste Sermonis. xlii

Prima pars.

Ixit ihesus petro. sequere me. conuersus petrus. dicit illuz discipulu quem diligebat ihesus sequentem x. Johan. vlti. Cum amicitia bona. bonum honestuz sit ex qua redundat vtile bonum. illi tamen maiora consecuntur dilectionis premia. qui potentioribus et liberalioribus sunt caritate vmiti. quia igitur beatus iohannes euangelista non qualemuncq; habuit dilectum amicum. sed christum. cui nemo similis in potentia et liberalitate reperitur. ideo multa gratiarum donaria ab ipso recipit ita vt conuenienter hoc nomen scilicet iohannes fuerit appellatus. Iohannes enim dicitur. in quo est gratia. Et ipse in hodierno euangelio has sibi collatas gratias recitat. non quo ad iactantiam. sed vt nos audientes huc eius beneficia. inflamemur.

ad dilectionem eius. qui talia sibi contulit. In hoc igitur euangelio tria genera beneficiorum tanguntur hinc quod beatus iohannes quantum ad presentem vitam. tripliciter potest accipi. Potest enim primo considerari quantum ad statum vite. Et sic multa plura privilegia ipsius vita decorat. Secundo potest accipi quantum ad statum mortis quo vita terminatur. et sic singulari beneficio mortis dolore priuatur. ibi: hunc ergo cum vidisset: Tercio beatus iohannes potest considerari quantum ad status gradus ecclesie. et sic euangeliste officio honoratur. ibi: hic est discipulus ille etc. Gratosus igitur fuit in vita. in morte. et in officio. **A** Circa primum duo principaliter facit. Primo enim introducit christi imperium: dixit ihesus petro. Nota quod ea que in hoc euangelio leguntur. gesta sunt post resurrectionem christi post piscium eptionem post christi agnitionem post christi et discipulorum refractionem. post trinam christi interrogationem an petrus illam diligeret. post commissionem ecclesie petro. post denunciationem christi qua morte petrus esset clarificaturus deum. post omnia ista. dixit ihesus petro sequere me: scilicet moriendo. quia morte crucis petrus vitam finiuit. rationabiliter equidem ut qui vestigia christi secutus est viuens. eadem sequeretur et moriens. hoc quidem promissit christo. Luc. 22. dicens. Domine tecum paratus sum. et in carcerem et in mortem ire. unde potest dicere illud. 1. Regum. 20. In quocumque loco fueris domine mi rex. siue in vita siue in morte. ibi et seruus tuus. ideo quod etiam corporaliter impleuit illud domini preceptum dicens. Qui vult venire post me abneget semetipsum. et tollat crucem suam et sequatur me. Luc. 14. Secundo ponitur euangeliste precomium. et tanguntur sex ad commendationem eius. **B** Primo enim innuitur conuersationis honestas. cum dicitur: conuersus petrus: sequebatur enim petrus christum. etiam am corporali gressu. cui dixit sequere me. recordatus socij tui. scilicet iohannis euangeliste conuersus est. ut videret quid de illo ageretur. Nota quia ut plurimum conuersati sunt simul petrus et iohannes. Nam ut habetur Math. 26. Ipsi pariter missi fuerunt parare christo pascha. Item pariter sequebantur christum usque in atrium pontificis. Ut dicitur Johan. 18. Item simul eurrerunt ad monumentum in resurrectione. Joh. 20. Item simul ascenderunt in templum ad horam orationis nonam Act. 3. capi. Erant enim vniuersi amabili conuersatione ratione tercia scilicet christi. Quorum utrumque singulariter ipse christus dilexerat. Et attende quod ista societas demonstrat nobis honestas

Sermo

stam conuersationem beati iohannis. ipse enim erat adolescens. petrus autem erat senior. et pulcherrimum est adolescentibus. cum senioribus conuersari unde dicit beatus ambrosius primo libro de officio. Sic nostre conuersationis electio ut adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Nam quia ut equalis unus dulcius. ita senum tutior est. qui magisterio quodam et ductu vite. colorant mores adolescentium sua scilicet maturitate. C Secundo circa beatum iohannem tangitur discipulatus officium cum dicitur: vidit illum discipulum. dicitur autem discipulus qui discit scientiam. et suscipit disciplinam. beatus autem iohannes didicit a christo scientiam eminentius omnibus. quod declarat eius euangelium. in quo super omnes velut aquila eleuatus diuinum verbum intuitus est. Suscepit etiam a christo disciplinam ut sibi conueniat illud pro uerbis primo. Audi fili mi disciplinam patris tui. Est autem disciplina ut dicit hugo. Conuersatio bona et honesta cui parum est non male facere. sed studet etiam in his que bene agi irreprehensibilis apparere. fuit autem conuersatio beati iohannes bona et honesta quod ostendit carnis integritas. fuit irreprehensibilis. immo tota eius vita fuit exemplar nostrum. D Tercio circa beatum iohannem tangitur dilectionis christi singularare privilegium: quem diligebat ihesus: equidem pre ceteris carius et suauius. Nota quod quinq; uicibus beatus iohannes descripsit se esse discipulum quem diligebat ihesus. Primo cum in cœna in sinu christi recumberet. Johan. 13. Secundo cum assisteret cruci cum uirgine. Johan. 19. Tercio cum manifestauit resurrectionem marie magdalene. Johan. 20. Quarto cum cognouerunt christum ad mare tiberiadis. Johan. 2. Quinto hic cum de ipsius sine agebatur. Nota quod tria sunt propter que beatus iohannes pre ceteris dilectus fuit a christo. vnum est intellectus perspicacitas. diligit enim magister discipulum doctorem. et rex ministrum intelligentem. unde prouer. 14. Accēptus est regi minister intelligens. alterum est munda uirginitas. cuius uirginitatis ut dicit beatus Hieronimus. hoc testimonium est quod pre ceteris a domino est dilectus. Unde prouer. 22. Qui cordis diligit mundiciam propter gratiam labiorum suorum habebit amicum regem. Tercium est tenera etas. pueros enim et infantes naturaliter diligimus. et ipse fuit adolescentior ceteris de quo potest intelligi illud osee. 11. quia puer israel est. et ego dilexi eum. E Nota etiam quod illius dilectionis quinq; fuerunt signa. Vnum quidem. quia uocauit eum

de nuptiis volentem nubere vt totus esset suus. Et nihil ex eo mundus haberet. vnde iste amor fuit quasi zelotipie. que non patitur consortium alieni. Miere. 31. Charitate perpetua dilexite. ideo attraxi te. Secundum signum fuit. quia supra pectus illius requieuit. Deut. 33. Amantissimus domini habitabit confidenter in eo quasi in thalamo tota die morabitur. et inter humeros illius requiescit. et ideo iste amor fuit delectabilis. Tertium signum fuit secretorum reuelatio. quoniam illi reuelauit proditorem de quo nemo apostolorum. sed nec petrus apostolorum princeps interrogare presumpsit. tamen ipse christus beato iohanni dixit. Nam vt dixit Ambro. vlti. de offi. nihil occultat amicus si verus est. sed effundit animu suum. et ideo iste amor fuit familiaris. Quartum dilectionis signum est. quia moriens christus specialem curam de ipso habuit. dimittens eu loco sui beate virginis vt tanquam filium pertractaret. et vt ipsa consolaretur. in illo et in hoc dilexit eum sicut seipsum. Quintum dilectionis signum est. quia fecit eum extraneum a dolore mortis. et in hoc quasi dilexit eum plus quam seipsum quoniam penam mortis quam noluit sibi parere illi indulgit. ¶ Quarto circa beatum iohannem tangitur imitationis obedientia: sequentem: tam corporis gressu quam mentis affectu. In qua imitatione statim apparet. quod paratus erat beatus iohannes sequi christum eo modo per passionem. sicut et petrus sequi debebat. licet christus aliter de illo disponderet. Nota quod sex vicibus beatus iohannes secutus fuit christum. Primo quando eum volentem nubere vocauit de nuptiis. Secundo quando capta multitudine piscium. subductis ad terram nauibus. ipse secutus est christum. Tertio quando christus vocauit eum iuxta mare galilee et ipse relictais rhetibus et patre secutus est illum. Hoc modo ordinat magister in historiis scolasticis. Sed si vocatio iohannis fuit de nuptiis. fuit in his nuptiis que celebrate sunt in chana galilee tunc opposito modo eas ordinat. Amonius alexandrinus de concordia euangelistarum. Nam prima vocatio huius eum fuit ad mare galilee. Secunda capta piscium multitudine. Tercia in nuptiis. Quarto secutus est christum euntem ad passionem. Johan. 16. Quinto secutus est eum resurgentem a mortuis. Sexto secutus est vocantem se ad celum. cum ei dixit christus. Veni dilecti mi. quia tempus est vt epuleris cum fratribus tuis in regno meo. et surgens sequeretur illum. In prima sequela abrenunciavit operibus carnis. In secunda mundane substantie. In tercia propinquanti generis. In quarta morti non timuit. et ideo presentem

Sermo

vitam desperit. In quinta viuere cum christo desiderauit. In sexta quod desiderabat obtinuit. Quinto circa beatum iohannem tangitur munda uirginitas. scilicet cum dicitur: qui et recubuit in cena super pectus eius: ex quo habetur mundicia uirginalis ipsius. non enim dignum est ut super pectus christi nisi uirgo recumbat. et ideo pueros propter mundiciam carnis amplectimur et gestamus in humeris. Nota hinc magister in historia scolastica non aliter creditur iohannes discubuisse super pectus ihesu. nisi quia discumbere inclinatus ante pedes domini. aut forte dici potest. quod audiens dilectus discipulus christum debere mori. et illam esse ultimam refectionem cum discipulis. pro tristitia cordis inclinauit se super pectus christi. et quia in pectore christi sunt reconditi omnes thesauri sapientie dei et scientie. ideo in isto recubitu reuelata illi fuerunt secreta celestia et fluente euangelij de ipso sacro dominici pectoris fonte potauit. Sexto tangitur ad christum singularis familiaritas. cum dicitur: Et dixit iohannes. scilicet cum in cena recumberet super pectus domini: domine quis est qui tradet te: cum enim protestaretur christus discipulis. Amen amen dico uobis. unus ex uobis tradet me. uidentes eum discipuli perturbatum et dolentem. nemo ausus fuit interrogare nisi in fine quoniam iam interrogauerat iohannes. quis esset hoc factururus. sed iste discipulus inuenit petro. de hoc interrogauit. et christus illi reuelauit. quod ostendit nobis magnam familiaritatem ad christum. Unde dicit beatus Ambrosius. vlti. de offi. Faciamus amici uoluntatem. et aperiamus secreta nostra amico. quecumque in pectore habemus. et illius archana non ignoremus ostendamus nos illi pectus nostrum et ille nobis aperiat suum. ut uobis sit cor unum et anima una etc.

Secunda pars D

Secundo tangitur singulare beati iohannis privilegium. quia dolore mortis priuatur. et tria facit. Primo enim ponitur beati petri sollicitudo: hunc ergo discipulum: talem ac tantum et sic a christo dilectum: cui uisisset petrus dicit ihesu. Domine hic autem quid. quasi dicat bene te intelligo. quid est dictum sequere me. sed iste discipulus quid debet pati. aut quid illi in fine continget. Nota quod propter duo interrogauit petrus de fine beati iohannis. Primo. quia illi commissa erat uniuersalis ecclesie cura. et ideo illi incumbere sollicitudo de fine ouium suarum. Secundo de hoc in-

terrogauit propter specialem familiaritatem amicitie qua illi
 iungebatur beatus iohannes lege enim amoris tenebatur &
 illo esse sollicitus. ¶ Secundo ponit christi dispositio: dicit
 enim ihesus sic: In eodem statu in quo nunc est absq; martirio:
 volo eum manere: diuinum aut velle est causa & dispositio om-
 nium: donec veniam: vt illū assumam ad me. Unde dicit glo.
 Nolo eum per martirium sumari. sed expectare placidam abso-
 lutionem carnis sue quando ego veniens recipiam eum in eter-
 nam beatitudinem. Nota q; beatus iohannes absq; dolore
 mortis finiuit presentē vitam. quod rationabiliter propter tria
 collatum est illi. Primo quidem quia agruum erat vt dolorem
 carnis non sentiret. qui carnis corruptionem non senserat. vt
 dicit Hiero. Sic est iohannes qui sciens superuuisse diem res-
 cessus sui uocatis discipulis suis in epheso. per multa signoz
 experimenta promens christum. descendens in defossū sepulcu-
 re sue locum. facta oratione positus est ad patres suos. tam ex-
 traneus a dolore mortis q; a corruptione inuenit alienus. Ses-
 cundo beato iohanni hoc idē est collatum propter dolorem quez
 sustinuit videns christum mori in cruce. peperit illi christus ne
 moriens doleret. Tercio quia dolor mortis causat cum anima se-
 parat a corpore propter nimiam eius colligationem ad corpus
 & ideo dolent plus iuuenes morientes q; senes. quia igit con-
 templatione diuinitatis anima beati iohannis iam ipsa clau-
 stra carnis transierat. et eius uersatio tota erat celestis. ideo
 rationale fuit vt moriens dolorem non peraperet mortis.
 R Nota etia; q; obitus cuiuscunq; sancti potest dici aduentus
 christi. eo q; tunc facit misericordiam cum seruis suis. quod satis
 apparet Mat. 14. vbi dicit. Vigilate quia nescitis qua hora do-
 minus uester venturus sit. Venit aut vt dicit Greg. qm in fine
 vite cui libet tribuit pro meritis. sed speciali aduentu interfuit
 christus morti beati iohannis. quia apparuit sibi ante diem
 obitus sui dicens. Veni dilecte mi tempus est vt epuleris cum
 fratribus tuis. quia beatus iohannes non defuit christo morien-
 ti. ideo rationale fuit vt christus illi redderet vicem quatenus
 et inuitaret ad se. et inuitatum perduceret. Deinde absoluit cri-
 stus beatum iohannem a cura petri dicens. Quid ad te. quasi di-
 cat ne sis sollicitus de sine istius discipuli. hoc em ad te non per-
 tinet. sed ad me qui sum alpha et o. principium et finis: tu me
 sequere satis est tibi quia scis quali morte sis transiturus absq;
 hoc q; sollicitus de reliquis. Tercio propter discipulorum non
 recta opinio. Exiit ergo sermo: id est publicatus est sermo:

Sermo

inter fratres: fratres appellat illos sex discipulos cum quibus ille erat iohannes. scilicet petrum thomam nathanaelem qui erat frater philippi. iacobum zebedei fratrem iohannis. et duos alios discipulos christi. quorum nomina subtrahunt. hii omnes cum iohanne piscatum iuerunt. et simul cum christo manducauerant. et erant tunc ibi quando christus illa verba dixit petro de iohanne. vel quod verius est per fratres intelligit totum discipulorum collegium. **L** Deinde ostenditur quis fuerit ille sermo collatus inter apostolos: quod discipulus ille: id est iohannes. non moritur: occasionem habuerunt ex hoc quod christus dixerat. sic eum volo manere. Nota quod quidam heretici dixerunt iohannem fuisse angelum et ideo immortalem. et est error scilicet eorum. Alii dixerunt quod adhuc viuit sub terra de fosse in quam descendit. et dicunt quod illud manna quod scaturit de fovea est anhelitus eius. sed non est credibile quod tanto apostolo daretur locus subterraneus. Aliqui autem ut dicit beatus augustinus in sermone dignum et congruum est. Et hieronymus in sermone assumptionis dicit eum esse et fuisse mortuum. sed iam resurrexisse. et corpore et anima esse beatum. De his autem quemadmodum dicit magister in historiis scolasticis. Melius est pie dubitare quam temere diffinire. Sed tamen quod ipse mortuus fuerit. videtur ex eo. quia consequenter remouet opinionem discipulorum dicens quod discipulus ille non moritur unde subiungit et non dixit ei scilicet petro ihesus. quia non moritur: sed sic eum volo manere: non certe immortalem. sed absque passione donec veniam ad illum sumendum ex hac vita mortali: quid ad te. hoc ideo addit ut ostendat quod noticia de fine alicuius non pertinet ad hominem. sed est dei. unde sicut petro dictum est. quid ad te ita discipulis posset dici quid ad vos etc.

Tercia pars

L Ergo tangit nobile beati iohannis ministerium. quod euangeliste officio honorat. et tria facit. Primo namque commendat in se diuinitatis testimonium. dicens: hic de quo tanta dicunt: est discipulus ille qui testimonium perhibet de his: diuinitatis operibus. unde alibi dicit. Et qui vidit testimonium perhibuit. Nota quod licet possit aliquis scribere de his que non vidit. testimonium tamen perhibere non potest. nisi de auditis et visis. Aliqui autem euangeliste ita scriperunt facta christi quod eorum testes esse non potuerunt. cum illa non viderint sicut marcus et lucas. sed iohannes. audiuit et vidit facta christi et ideo testis vere esse potuit. unde in prima cano. dicit quod ab

initio fuit. quod audiuimus et vidimus oculis nostris. quod
 perspeximus. et manus nostre contrectauerunt de verbo vite.
 et vidimus et testamur et annunciamus vobis. In Secun-
 do tangit euangeliste officium: et scripsit hec: que in hoc volu-
 mine continentur ad nostram eruditionem. scriptura enim in-
 uenta est vt veritas innotescat absentibus et futuris. per vocem
 enim non possunt erudiri nisi presentes. vnde aposto. ad ro. 15
 Quecuq; scripta sunt ad nostram doctrinam scripta sunt. Et ali-
 bi. Scripta sunt autem ad correctionem nostram. in quos fines
 seculorum deuenerunt. Nota q; beatus iohannes scripsit hoc
 euangelium post ceteros euangelistas. immo etiam post q; scri-
 pserat apocalipsim. et ideo hoc euangelium quantum ad scri-
 pturam est vltimus liber noui testamenti. sed non quantum ad
 materiam. quare vltimum continet inter euangelia locum. Na-
 m q; legitur in eccle. histo. beatus iohannes vsq; ad sexagesi-
 mum quintum annum post christi ascensionem sine admira-
 lo cordatenus euangeliz predicauit. compulsus autem ab epi-
 scopis totius asie. vt scriberet. Primo indixit generale ieiunium
 et vt omnes orationi insisterent. quatenus sibi deus reuelaret
 et ad memoriam christi facta reduceret. quod et factum est. Illi
 vero loco vbi hoc scripsit interpretauit. vt nullus ibi imbrum
 aut tempestatum esset accessus q; loci reuerentiam vsq; adhuc
 seruant elementa. Nota etiam q; quatuor cause assignant a
 rabano de scriptura euangelij iohannis. Quarum prima est. qz
 cum relegatus esset in exilium in pathmos insula insurrexerunt
 heretici in ecclesias asie maxime cherinthus et ebion qui dicunt
 christum ante mariam non fuisse. sed cu imperante verna ab ex-
 ilio redisset beatus iohannes coactus est a fidelibus vt aduersus
 hereticos scriberet. vnde etiam a diuinitate christi exorsus est di-
 cens. In principio erat verbum etc. Secunda causa est. quia ce-
 teri euangeliste circa humanitatem christi insinuandam insiste-
 rant. quia aut christus verus deus est et homo. ideo visum est
 sibi circa illius diuinitatem insistere. Tercia causa quia vidit qz
 ceteri euangeliste multa de factis christi omiserant. maxie ea que
 christus fecit in primo sue predicationis anno quando in carce-
 re erat iohannes. et ideo ipse voluit scribendo supplere defectum.
 Quarta causa est. quia ceteri euangeliste maxime ea domini scri-
 pserunt facta. que valent ad informandos mores. et ad vitam
 adiuam. Ipse vero iohannes scripsit verba domini et facta que
 nos alliciunt ad beatam vitam. et in vita contemplatiua comen-
 danda sua posuit intentione. **D** Nota etiam vt dicit rabanus

Sermo

q̄ inter omnes euangelioꝝ scriptoꝝes. Johannes eminet in diuinoꝝ misterioꝝ profunditate. Vnde merito in signo quatuor animalium aquile volanti comparatur. que volat altius cunctis auibus. et solis radios irreuerberatis aspiciat luminibus. ita etiam iste diuinitatis potentiam sublimius contemplan. cum domino ad celum volat. Ista autem preeminentiam in cognitione diuinitatis conuenit sibi propter tria. primo propter cordis nudiciam. nihil enim ita impedit a cognitione diuinoꝝ. sicut carnales voluptates a quibus ipse fuit immunus. Vnde Math. 5. Beati mundo corde. quoniam ipsi deum videbunt. Secundo hec conuenit sibi propter familiarem christi amicitiam. ex qua meruit reuelationem secretorum. Vnde Jo. 14. Qui diligit me. diligetur a patre meo. et ego diligam eum et manifestabo mys̄tum ei. Tercio hoc sibi conuenit s̄m Rabanum. quia supra pectus domini in cena recubuit. vnde haustum sapientie ceteris excellentius de ipso dominici pectus fonte potauit. Tercio confirmat euangeliste ministerium veritatis attestatio: et scimus quia verum est testimonium eius: ea enim que de christo scripsit et testificatus est. ita vera sunt. q̄ in eis nulla falsitas potest admisceri. eo q̄ ipse talia scripsit instigante et docente spiritu sancto. qui mentiri non potest. et docet omnem veritatem. vt dicitur Johan. 16. Et ideo dicit bea. Augusti. in epistola quada[m] ad beatum Hieronimum de scriptoribus sacre scripture. q̄ ipse hanc reuerentiam detulit sacre scripture inter alias scientias. q̄ nullum de scriptoribus eius credat potuisse mentiri. quia sancto spiritu docente scripsit. Rogemus ergo deum etc.

In festo sanctoꝝum innocentum Sermo nis xiiii. Prima pars A

Angelus domini apparuit in somnis ioseph dicent
Accipe p̄nerum et matrem eius et fuge in egyptum etc. Math. 2. Talia sunt presentis vite gaudia. q̄ nullum ex eis purum est. sed omnibus eis tristitia admiscetur. quod non tantum in mundanis est verum. sed etiam in spiritualibus gaudiis sic esse docet experientia. Ecce enim post exultationem et cantica letitie quibus letati sumus cum multitudine celestis exercitus. q̄ natus erat saluator mundi. subito chorus n̄r sumpsit lamentum